

Amit. 10. num. 11. & post Bald. & Felin. tenet Capicius decisione 1. num. 23. Lancel. Robert. de attent. 2. part. cap. 12. limit. 53. n. 26. fol. 293. & iterum ipse Lancelot. ead. p. cap. limit. 50. n. 118. sequentibus, Casar Contar. in repet. l. unic. C. si de momen. poss. lim. 19. n. 16. optimè Escobar à Meinez in tract. de ratiociniis. c. 33. sub n. 25. post medium.

9 Et ex hac doctrina rectè infert Paul. de Castro in l. ab executeore 4. ff. de appellat. recip. num. 2. quòd si iudex pronuntiat articulos esse admittendos, & postmodum illos admittit actualiter, si non fuit (inquit) appellatum à pronuntiatione de admittendo, non poterit postea appellari ab ipsa admissione, cum admissio sit executio interlocutoria prioris, & prima est, quæ gravat, non autem secunda, sequitur etiam Ruginell. in tr. de appell. §. 2. c. 3. n. 83. & n. 267. & melius post alios, quos ipse ibi citat. in n. 168. tenet etiam Sigismundus Scaccia in tr. de appell. q. 17. limit. 47. n. 140. fol. 502. & ibi etiam n. 137. & ex eodem Paulo Castr. & notata in c. dilecti, de renuntiatione, Joau. Ferrari. in tr. de appell. c. 5. num. 50. Ex eodem etiam fonte fluit, ut si iudex deferat iuramentum alicui ex litigantibus, si alter, contra quem iuratur, non appellaverit ab huiusmodi interlocutoria, & gravamine delationis iuramenti intra terminum decem dierum, & post illos pars parata sit jurare, ita ut ad effectum perducatur interlocutoria probationis iuratoria minimè poterit appellari ab hac admissione; quia est in executionem prioris, à qua quemadmodum non potest nunc appellari, quia extra terminum, ita nec ab admissione, ita tenet Scaccia in d. tractatu de appell. q. 17. limit. 34. num. 8. Seraph. in tract. de privil. iura privileg. 102. n. 6. & 7.

11 Nec obstat Andreas Gaill. in singula obser. centu. 1. decisio 39. incipit quando à iudice, contrarium tenens in terminis, cui respondemus inferius ad repositionem primi argumenti.

12 Inde insuper ex nostra principali doctrina inferitur, quòd si iudex tulerit aliquam sententiam, sive interlocutoriam, sive diffinitivam, cujus lapsi sunt decem dies, demum citat illum, cui officit sententia, ad videndum se declarari, & denunciari, tunc ab ista citatione & monitione non poterit validè appellari post lapsum decem dierum, à die principalis gravaminis, & sententia, cum ista veniat in illius executionem, ita consultavit Andreas Barba. in consil. 7. visis dubiis, colum. 2. in princ. l. 3. post Angelum, & alios per eum citatos, sequitur Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 12. limitat. 50. num. 119. tenet etiam Nicolaus Gar. de beneficiis, 1. part. 1. n. 586. Casar. Con. in repetitione. l. unica, lim. 19. n. 20. Gallef. ad formam Camer. oblig. in 2. part. 3. princ. in c. reliqua de processu, junctis iis quæ scribit num. 38. & seqq. fol. 361. Marquessa, de commiss. p. c. 23. num. 1. & vide omnino quæ latius in optimo casu dixi (aliis citatis Doctoribus) infra, 4. part. c. 5. quod inter se distent, à n. 68. cum seqq. versiculo sed contrariam sententiam, & opin. & c. ubi aliqua utilissima: ubi quòd licet aliàs à censuris liceat appellari, non tamen à censuris fulminatis per executorem in complementum executorialium brevis, aut obligationis cameralis, quia ejus vestiuntur natura, & privilegio.

14 Et idem dicimus de captura, qua licet aliàs liceat appellari, tamen à facta in executionem rei iudicata, aut brevis cama: aut obligationis in formam camæ, minimè poterit appellari, sicuti nec à re iudicata. Scaccia de appell. quest. 17. limit. 47. memb. 1. n. 160. & vide quæ nos 2. p. c. 5. à n. 37. & supra. Ad quod etiam conducit, quod post Bald. tradit Felin. in cap. quoad consultationem, n. 14. de re jud. Quòd si à prima sententia appellari non potest, nec etiam à secunda continente idem quod prima, Contar. in l. unic. C. si dom. limit. 16. Magon. decisione Lucens. 48. num. 4. Gonzal. regul. 8. gl. 6. sub num. 183.

Et omnium ratio illa est potissimum, quoniam iste actus, qui venit in complementum prioris, non est qui gravat (sed prior, & sic ad appellationem interponendam ille prior actus ejus qualitas, tempus, & natura (qui est causa gravaminis, super quo fundatur appellatio de necessitate cap. cum cessante, de appellat. inspicit, & attendi debet, non iste secundus, Guido Papæ consilio 574. Corneus consil. 71. n. 20. lib. 1. Felinus in c. quoad consultationem, nu. 14. & 15. de re jud. Gradus respon. 16. column. 1. n. 2. Rolan. à Valle consil. 34. n. 5. in princ. Rota dec. 100. ex novem, p. 1. diverso. & circa hunc articulum & principalem opinionem, & doctrinam multa adduximus infra, à part. c. 1. post princ. quæ utiliter conducunt ad propositum.

Quibus sic suppositis, non obstant in contrarium adducta fundamenta. Non primum deductum ex Andrea Gaill. quia loquitur de stylo Cameræ Imperialis, non tamen de jure communi; & ejus dispositione, ut eodem patet, & respondet Scaccia in tract. de appellat. quest. 12. num. 161. fol. 171. & eundem allegans Lancelotus Robert. loco de dicto stylo Cameræ Imperialis, ut secus sit de jure, prout ipse Lancelot. profiteretur eadem limit. 50. num. 118. cum sequentibus, & lim. 53. n. 36. & eadem 2. p. cap. 12. pro quo facit, quod nos diximus hæctenus.

Nec obstat secundum ex Paulo de Castro, & Guido Papæ, quoniam quando eorum assertio, & doctrina procederet absolute, & sine limitatione, & scrupulo de quo per Lancelotum Robertum in d. ir. de attent. 2. part. c. 12. limit. 50. n. 66. cum sequentibus, & iterum inferius, à n. 158. tamen longè diversum est à nostro casu, quoniam illic non appellatur à secundo gravamine, veniente in executionem prioris, ut in nostro casu, sed duntaxat appellatur ab alio de novo illato à iudice, eo quòd petita fuit repositio ejus gravaminis, quòd ipse poterat revocare, quia quoad ipsam iudicem interlocutoria non transit in rem iudicatam, quominus eam possit, quancumque reponere & revocare contrario imperio, juxta text. in l. quod iussit, ff. de re jud. ubi Jas. Tiraquell. & cæteris & Franc. Abb. & omnes Canonistæ in cap. cum cessante, de appell. Felinus in cap. qualiter, & quando, de accusat. & nos latè, supra, c. precedenti, & ita cum injustè fuisset gravata pars, istæque petierit repositionem, iudici jure permissam, à denegatione interponitur appellatio, licet reperitur extra decem dies à tempore prioris gravaminis, dummodo emittatur intra illos computandos à die denegatæ repositionis, in tantum, quòd iste appellans debet esse cautus, ut non appellet à causa, & gravamine de præterito, sed de præterito tantum, hoc est à denegata repositione, ut in simili casu dicit Philip. Franc. in c. ex parte tua 47. sub n. 19. de appell. quem sequitur Scaccia de appellat. q. 12. n. 49. ubi postquam dixerunt, quòd à carceratione potest quancumque appellari, etiam post decem dies, quia carcer semper & continuo, ac quotidie gravet, limitant, ut non procedat, quando appellaret carceratus de præterito gravamine, sive allegaret causam gravaminis de præterito, quia tunc non posset appellare post lapsum decem dies, & sic cautè debet appellari à causa gravaminis de præterito: sic cum isthæc negata repositio non sit executio actualis prioris gravaminis, quia ipsa aliter fit; sed aliud & novum gravamen, ideo non officit nostræ doctrina, & resolutioni.

Nec obstat tertium, & ultimum d. l. quod si nolit, vers. sic. illud plenè, ff. de adilit. edict. l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. 1. & Tiraquell. de retract. conven. ad fin. tit. ul. à n. 42. quibus dicitur aliud esse promissionem de vendendo, aliud ipsam venditionem, quia ipsa venditio obligat de præterito, & promissio de vendendo obligat de futuro, hoc est, ad compellendum obligatum ad venditionem sibi faciendam, ut latè ipse Tiraquell. ibi, num. 24. post alios;

alios: quia responderetur, quòd non, propterea unaquæque est diversa in se ipsa respectu illius effectus quem de jure operatur, ac ideo executio ipsius obligationis de vendendo, non est aliud, quod ipsa promissio, quia executio est pars dispositionis principalis, quæ illi inhaeret, secundum ea quæ exactius diximus infra, 4. part. cap. 1. post princ. ubi aliqua (quæ, & utilia, & necessaria sunt) adduxi ad hujus capituli materiam, & ideo aliud est executio, effectus, seu complementum unius contractus sui ipsius & respectu ejusdem: aliud verò ipse contractus respectu alterius diversi, quapropter à separatis non fit bona illatio.



CAPUT IV.

Quando, & quibus casibus iudex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi interpositæ à carceratione, seu detentatione, ut qualis ea injusta sit, intelligatur: & quid ab ejus relaxatione.

SUMMARIUM.

- 1 Carceris attributa.
- 2 Carcer est inventus ad custodiam, ut delicta non maneat impunira.
- 3 A carceratione justa appellationi non deferentem vim non facere, decernit Senatus.
- 4 A carceratione injusta, & minus legitime facta appellationi deferendum, decernit Senatus.
- 5 Carcerationis gravamen continet damnum irreparabile per diffinitivam.
- 6 A carceratione injusta licet appellare interim reo manente in carceribus iudicis à quo, donec superior aliud censeat, ibid.
- 7 Carceratio ex quot causis injusta dicitur.
- 8 Carceratio injusta est facta per iudicem incompetentem, aut alias jurisdictione carentem.
- 9 10 11 Carceratio ab incompetenti facte ad effectum remittendi suo iudici non tamen cognoscendi, justa dicitur.
- 12 Carcerare potest iudex incompetens ad effectum remittendi, etiam si non sit periculum in mora.
- 13 Carcerare potest secularis iudex clericum repertum in flagranti, vll in causa proxima ad delinquendum, & remittendum suo iudici.
- 14 Capi potest miles a iudice ordinario ad effectum remittendi.
- 15 Vicarius foraneus non est ordinarius, sed delegatus.
- 16 Vicario generali quando censeantur commissa causa criminales, & alie requirentes, speciale mandatum.
- 17 Vicarius foraneus licet de causis criminalibus non cognoscat, tamen potest carcerare adhibita informatione ad effectum remittendi.
- 18 A vicario foraneo carcerante clericum, ut remittat appellationi emissa, Senatus vel non fieri, vel remittendo non haze fuerit, &c. decernit.
- 19 A carceratione facta per delegatum appellationi deferendum, declaratur.
- 20 Carcere potest delegatus, quando de fuga timetur.
- 21 Carceratio per iudicem non habentem merum imperium dicitur injusta.
- 22 Carceratio est meri imperii, quo caret delegatus etiam post litem contestatam.
- 23 Delegatus potest Princeps causas meri, & mixti imperii.
- 24 Imperii meri quot sint genera, & qua delegabilia.
- 25 Coertionem modicam quilibet delegatus, vel ordinarius recipit.
- 26 Delegatoria sunt que competunt jure magistratus de

- 27 Cause meri, & mixti imperii de jure canonico delegari possunt, etiam per inferiorem à Papa.
- 28 29 30 Carcerare non potest delegatus de jure civili cum limitationibus, secus de jure canonico.
- 31 Delegatus in civilibus an possit testem vacillantem torqueri.
- 32 33 Et an tunc illum capere possit.
- 34 Carceratio dicitur injusta facta à privato.
- 35 Et quando quis incidat in penam privati carceris, remissive.
- 36 37 Carceratio dicitur injusta à iudice Ecclesiastico laici sine brachio seculari, etiam in causis, quibus de illo potest cognoscere.
- 38 Iudex Ecclesiasticus licet in spiritualibus habeat in laicos jurisdictionem, intelligatur quoad excommunicationem, & remedia Ecclesiastica, non carcerem, nisi invocato auxilio.
- 39 Carceratio in laicos per Ecclesiasticum absque auxilio dicitur injusta, & nulla, & recursus ad Regem legitimus.
- 40 41 Et quibus remediis, ibid.
- 42 Carceratio dicitur injusta facta per iudicem habentem jurisdictionem super qualitate, de qua tamen non constat.
- 43 44 Qualitas, qua defert jurisdictionem, ante omnia discuti, & probari debet.
- 44 Jurisdictionis exercitium, ut attribuitur satis est qualitate in libello deducere, licet de ea queat dubitari.
- 45 Qualitas tamen illa si à principio negetur, debet constare summarie, plenè tamen.
- 47 Concubinum clerici ut capiat Ecclesiasticus, si sit uxorata, debet esse concubinatus notorius.
- 48 Iudex secularis ut de concubinatu cognoscat, debet esse notorius.
- 49 Carcerari non potest habens saluum conductum à Principe.
- 50 51 Salvus conductus in epistola Principis habet vim legis.
- 52 Captus sub salvo conducto ita debet in pristinum relaxari, ut amplius capi non possit.
- 53 Captus in Ecclesia ita debet relaxari, ut iterum capi non possit.
- 54 Relaxare obligatus debet captum ponere extra suum territorium in loco quo capi non possit.
- 55 Et ut difficilis sit ejus persecutio.
- 56 58 Salvus conductus infringitur per novum delictum, & etiam, respectu antiqui.
- 57 Princeps satis offenditur per delictum.
- 59 Clericus incarcerari non potest pro debito civili.
- 60 Secundum magis, & probabiliorum communem.
- 61 Clerici non conveniuntur, ultra quam facere possit.
- 62 Clericus pauper nec carceratur, nec bonis cedere cogitur sed cautionem juratoriam præstat.
- 63 Fructus beneficii sequestrantur ob debitum clerici, ut satisfiant creditores ad congrua præstanda clerico.
- 64 Ludovici Gomezii opinio reprobat.
- 65 Clericus obligatus in forma Cameræ, an possit licitè pro debito incarcerari.
- 66 Clericus ut gaudeat privilegio C. Odoardus, debet esse in sacris, aut altari, seu ministerio Ecclesie deservies.
- 67 Clericus pro debito ante ordinum susceptionem an possit carcerari.
- 68 Clericus etiam in sacris pro debito potest capi, si subsit fuga suspicio, & exportat res suas.
- 69 Clericus ut reddat depositum potest incarcerari.
- 70 Clericus justè capitur pro debito ex delicto etiam civiliter tractato.
- 71 Clericum conductorem Regii vectigalis posse carcerari, & in carcere seculari.
- 72 Monachus pro debito civili capi non potest.

- 73 Et quid quando ingressus sit religionem in fraudem creditorum, vel post ejus capturam, vel postquam jam perita sit in eam executio, remissive.
- 74 & 75 Advocatus Licentiatus, Doctor aut etiam Baccalarius an pro debito civili possit incarcerari.
- 76 & 77 Et in Doctore, qui nec legit, nec advocacionis officium exerceat.
- 78 Tutor pro debito sui pupilli capi non potest.
- 79 Tutor capi potest pro debito pupilli, si nolit exhibere illius bona, ut fiat executio.
- 80 Pupillus pro debito non potest carcerari.
- 81 & 82 Minor viginti quinque annis pubes an pro debito possit capi.
- 83 Mulier pro debito merè civili non carceratur.
- 84 Mulier capi non potest pro debito publico, aut fiscali.
- 85 Mulier succedens laico pro debito fiscali an capi possit remissive.
- 86 Mulier ratione tutela incarcerari non potest.
- 87 Mulier pro debito descendente ex delicto capi potest.
- 88 & 89 Mulier meretrix & personaliter in judicio comparet, & pro debito carceratur, & quid in meretrice maritata.
- 90 Mulier non cogitur personaliter in judicio comparere, sed per Procuratorem.
- 91 Et quid quando judicium absque illa exerceri non potest.
- 92 Mulier pro ferendo testimonio in causa criminali personaliter comparere cogi potest.
- 93 Capi non possunt, qui inviti non vocantur in judicio, & quales sint.
- 94 Capi non possunt, qui ultra quàm facere possint, non tenentur.
- 95 Capi non possunt pro debito, qui per infortunium, naufragium seu incendium bona sua amisere.
- 96 Rusticus quo tempore capi non possit.
- 97 Nobilis pro ere alieno non incarceratur.
- 98 Nobilis conductor vehtigialis pro debito carceratur.
- 99 & 100 Carcerari non debet graviter infirmus, etiam pro delicto, etiam pro debito civili.
- 101 Vulneratus non carceratur, sed prestat fidejussores, alias custodias ei opponit iudex suis expensis.
- 102 Incarcerari nequit die feriato ob honorem Dei pro debito civili, & quando pro delicto, seq.
- 103 Debitor suspectus de fuga carcerari potest.
- 105 Heres durante tempore consociendi inventariam cadi non potest, qui ultra inventarium tenetur, si bona in eo contenta abscondat, ibidem.
- 106 Heres obligatione quoad factum personale, qua tenebatur defunctus, capi non potest.
- 107 Debitor habens literas dilatorias à partibus, vel à iudice, intra illum terminum capi non potest.
- 108 Dilatio & mora à iudice quando debitori dari possit.
- 109 & 110 Literarum dilatariorum debitoribus concessarum qualis sit effectus.
- 111 Creditorum major pars si inducias det debitori, interim non carceratur.
- 112 Litere dilatoria generales an intelligantur in debito jurato, & debitis fiscalibus, & debitis privilegiatis & an extendantur ad fidejussores affidati, remissive.
- 113 Confugiens ad locum, quo jure, vel consuetudine capi non potest, relaxandus est.
- 114 Captus in Ecclesia eidem relaxatus restituitur, ibid. Ab Ecclesia extrahens delinquentes publice excommunicatur, & omnia restituere tenetur, & vim facere declarat Senatus, ibid.
- 115 Clericus ab Ecclesia invitus extrahi non potest, sicut nec laicus.
- 116 Ab Ecclesia invitus particulari ratione extrahi, & capi possunt, remissive.

- 117 Immunitate Ecclesia sententia non gaudet si appellent ab extrahione, vim non fieri, decernit Senatus.
- 118 Captus in Ecclesia an sit detinendus in carcere, interim dū questio super restitutione ad illa, decidatur.
- 119 Immunitati Ecclesia an invitis rectoribus ejus possit aliquis renuntiare.
- 120 & 121 Carceratio dicitur injusta si fiat in carcere obscuro, & atrato & quando ita dicatur.
- 122 Carceres subterranei dicti, Suctanos ob que, & quando sint prohibiti, ibid.
- 122 Carcer ita esse debet, ut carceratus pœnam non patiatur.
- 123 Carceratus quando possit detineri in vinculis simul.
- 124 Salvus conductus quando tempore, & locis duret.
- 125 Carceratio injusta dicitur ratione ordinis non servari.
- 126 Causa civilis à captura incipi non potest, nisi debitum sit ex re judicata.
- 127 Capturam pro debito debet precedere citatio, causa cognitio, & sententia translata in rem judicatam. Ante capturam quod non est deductum, non potest deduci ad ejus justificationem, ibid.
- 128 Debitor captus omisso juris ordine an sit relaxandus, si vere debitor apparet.
- 129 & 130 Carceratus pro debito falso, an possit pro vero detineri.
- 131 Debitor ex publico instrumento non carceratur, nisi habeat clausulam garentigiatam, & sit liquidum.
- 132 Capturam debent precedere legitima indicia.
- 133 Indicia ad capturam qualia legitima sint.
- 134 Indicia arbitrium circa capturam debet subjacere juris regulis.
- 135 Captura ante informationem, & testium receptionem in scriptis, est injusta, & seq.
- 137 Ad capturam in delictis gravibus, & pœnam corporis afflictivam habentibus levia indicia sufficiunt.
- 138 Informatione non recepta in scriptis, sed extrajudiciali, non potest in quolibet delicto ad capturam procedi.
- 139 Nisi tribus concurrentibus, quia tunc cum extrajudiciali informatione capi potest delinquens.
- 140 Quod procedit, si procedatur ex officio, secus si procedatur ex querela partis, nisi duo tunc concurrunt.
- 141 Confessio vulnerati graviter quando sufficiat ad capturam delinquentium.
- 142 Captus pro uno debito, quando possit pro alio recommendari.
- 143 Obligatus realiter dantaxat non tamen personaliter, carcerari non potest, & seqq.
- 144 & 145 Hypothecans pro alio rem suam, & non personam, dicitur debitor respectu rei exhibitæ tantum.
- 146 & 147 Actio personalis limitata ad capturam non extenditur.
- 148 Praxis hodierna tabellionum, y me obligo con mi persona y bienes, unde ortum habuit.
- 149 Casus de facto refertur, quo executor sententia, quæ dicebatur, capi bona processit ad capturam persone, & vim facere decrevit Senatus aditus per via violentia.
- 150 Obligatus realiter tantum tunc capi potest, si bona deserit possidere dolose.
- 151 Ira si rem attrivit, vel consumpsit.
- 152 Carceratio injusta dicitur ratione rei, & cause.
- 153 Captus pro delicto non infligente pœnam corporalem, relaxandus est sub fidejussione oblata.
- 154 Alias appellationi esse deferendum decernit Senatus aditus per viam violentia.
- 155 & 156 Clericus captus pro delicto non infligente pœnam corporalem sub fidejussoribus relaxatur.
- 157 Captus pro delicto merente pœnam corporis afflictivam etiam sub fidejussoribus non relaxatur.
- 158 Quod etiam obrinet in clericis.
- 159 Delictum enorme in clerico quale dicatur.
- 160 Clericus non relaxatur sub fidejussoribus, ubi habet locum de possessionis pœna.

Clericus

- 161 & 162 Clericus captus non relaxatur si crimen habeat pœnam corporalem, vel delictum sit grave.
- 163 Clericus non relaxatur captus pro delicto, in quo jure civili etiam sub fidejussoribus non relaxatur.
- 164 Captus pro delicto, quo est appositum exilium, an sit relaxandus.
- Qui teneant partem negativam, ibid.
- 165 Pœnam exilii esse corporis afflictivam, qui teneant.
- 166 & 167 Et quid jure regio, & canonico servandum.
- 168 Captus pro delicto, cui opponitur pœna indignationis Principis, an sit sub fidejussoribus relaxandus.
- 169 Captus pro delicto exigente pœnam palinodie, non est sub fidejussoribus relaxandus.
- 170 Palinodie pœna non potest exequi in absentem, sed in personam.
- 171 Palinodie pœna clericus sicut nec nobilis non plebitur.
- 172 Causa omnis tangens famam dicitur gravis.
- Palinodie pœna est infamatoria, ibid.
- 173 Indiciatus ad torturam sive in civilibus, sive in criminalibus non est sub fidejussoribus relaxandus.
- 174 & 175 Tortura quando potest dari ad eruendam veritatem à testibus etiam in causis pecuniariis, carceratus non est sub fidejussoribus relaxandus.
- 176 Carceratus pro crimine falsi, etiam ubi est pœna pecuniaria, non relaxatur sub fidejussoribus, & quid de jure canonico.
- 177 Captus in flagranti, etiam ubi pœna est pecuniaria, non relaxatur sub fidejussoribus.
- 178 Et quid in reposito de nocte cum armis.
- 179 Confessus delictum etiam in pœna pecuniaria an relaxatur sub fidejussoribus.
- 180 Et quid in solo convicto, licet non sit confessus.
- 181 Condemnatus reus non relaxatur sub fidejussoribus, sed solutione liberatur.
- 182 Condemnatus ad rem, vel possessionem tradendam, non liberetur prestando fidejussores.
- 183 & 184 Condemnatus ad pecuniam appellans relaxatur, si deponat pecuniam.
- 185 Condemnatus ad pœnam pecuniariam appellans quando sub fidejussione, aut deposito sit relaxandus hodie ex Bulla Pii V.
- 186 Captus non relaxatur sub fidejussoribus, quando causa in termino est determinationis, si hoc usque detulit fidejussores prestare.
- 187 Captus etiam pro delicto corporis pœnam afflictivam merente relaxatur post conclusionem, si ex actis appareat de ejus innocencia.
- 188 Reus sine fidejussoribus relaxatum tempore ferenda sententia potest iudex in carcerem revocare.
- 189 Carceri se offerens an debeat sub fidejussoribus relaxari.
- 190 191 & 192 Pœna corporalis quando veniat in defectum pecuniarie, an reus sit sub fidejussoribus relaxandus.
- 193 Pœna ubi relicta est arbitrio iudicis, an captus sub fidejussoribus sit relaxandus, & quando non.
- 194 Reus confugiens à carcere non est sub fidejussoribus relaxandus, etiam ubi alias relaxaretur.
- 195 An fugiens ad superiorem non dicitur carcerem, homagium, aut juramentum frangere, quia talis fuga non est punibilis.
- 196 Illustis etiam in quolibet delicto, vel multum dives, & alias nobilis, quando sit relaxandus sub fidejussoribus, vel custodibus, vel domus, palatium, civitas pro carcere sit assignanda, vel quando sub juratoria cautione, remissive.
- 197 & 198 Captus quando sit relaxandus sub fidejussoribus commentariensibus, remissive, ubi de praxi.
- 199 & 200 Debitor adjiaciendus creditori torque ferreo, an sit sub fidejussoribus relaxandus.
- Captus pro delicto casu commisso, an relaxandus sub Salgado de Protec. Reg.

- fidejussoribus, ibid.
- 201 Pœna verborum aut fustigationis an permittat relaxationem sub fidejussoribus, & seq.
- 202 Infamia sola de per se non admittitur relaxationem fidejussorum.
- 203 Pœna dicta de verguenza, est corporis afflictiva.
- 204 Pœna mitra, quem solet apponere iudex Ecclesiasticus, est corporis afflictiva.
- 205 Pœna perpetui carceris dicitur corporis afflictiva, & an de jure civili, an Regio imponi possit.
- 206 Pœna carceris, quibus casibus jure Regio imponi potest.
- 207 Pœna carceris quando imponitur sub fidejussoribus, reus non relaxatur.
- 208 Pœna candentis ferri appositionis apponenda secundo nubentis vivente uxore relaxat sub fidejussoribus.
- 209 Et hec pœna jure canonico locum habet.
- 210 Iudex Ecclesiasticus pœnam infligentem membri mutilationem, vel sanguinem, non potest imponere, aliam tamen pœnam corporalem bene imponere quit.
- Fustigationis pœnam imponit iudex Ecclesiasticus, ibid.
- 211 Exilii pœnam iudex Ecclesiasticus imponit.
- Item detrusionis in monasterium, ibid.
- Item, & perpetui carceris, & de aliis, ibid.
- 212 Pœna suspensionis ab officio, seu beneficio, non admittit relaxationem sub fidejussoribus.
- 213 Carceratio etiam pro delicto corporis pœnam afflictivam merente relaxatur, si sit graviter infirmus, & commode in carcere non quit curari.
- 214 Et quando secus.
- 215 & 216 Et quid si infirmus non habet fidejussores, vel minus idoneos, & sit incarceratus pro delicto civili.
- 217 Fidejussores sub quibus sit carceratus relaxandus, obligandi erunt representare reum, stando juri, ac iudicato solvendo.
- 218 Fidejussor ad relaxationem ob innocentiam, de qua constat, sufficit obligari de representando.
- 219 Fidejussorem, si reus non inveniat, & pignus offerat, est audiendus, cum melius consulatur fisco.
- 220 Fidejussores si non invenit carceratus, non relaxatur.
- 221 Fidejussores dandi sunt in loco iudicii, nisi ibi non reperiat, quia alibi recipiuntur, dummodo in loco subiecto iudici.
- 222 Fidejussores non habens, quando sub cautione juratoria relaxatur reus de consuetudine.
- 223 Relaxatus à iudice simpliciter dicens sub fidejussoribus, ad quid isti teneatur.
- 224 Fidejussores, si non recipiantur, tabellio & iudex quando parti teneatur ad interesse.
- 225 Fidejussor non potest obligari pro pœna corporali, quia non est dominus membrorum suorum.
- 226 Reus eadem causa, qua in prima instantia non relaxatur, vel relaxatur sub fidejussoribus, pariter, & in secunda, & ulterioribus.
- 227 Carceratio, ubi à jure admittitur, appellatio licita non est.
- 228 Appellatio ab injusta incarceratione quandocumque etiam post decendum admittitur.
- 229 Carceratio, cum quotidie gravet, semper carceratus dicitur esse intra decendum.
- 230 & 231 A carceratione ex eadem causa, & ab eodem iudice, non nisi semel licet appellare.
- 232 Carceratus esse legitime, ubi est declaratum, debet carcerari appellare ab hac declaratione infra decem dies.
- 233 & 234 Carceratus in appellatione à carceratione injusta ex una causa, si succumbat, poterit postea ex alia appellare, iterum ab ipsa carceratione.
- 235 Relaxatus sub fidejussoribus de solvendo, vel redeundo ad carcerem, non appellat à carceratione.
- 236 Carceratus pro causa sui natura inappellabili, ut pro executione rei iudicate, non potest appellare.

P

A